Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26485
Copyright: Admont, Benediktinerstift

sapiente. Ebriatas sic in loth sensus rationi
captiuat. Vnde et in puerbis. Potentes in
quid qui iracundi sunt. uinu non bibant.
nec cum biberint obliuiscantur sapientiam.
Plerisq. laus e multum bibere et non inebriari;
audiant hi aduersum se dicente. p phetam.
Vae qui potentes estis ad bibendum uinum.
et uiri fortes admiscendam ebriatum.
Vino multo deditos et luxuriose uiuen
tes. esaias sic arguit dies. Vae qui consur
gitis mane ad ebriatem sectandam. et potan
dum usq. ad uesperum. ut uino estuatis.
De alib, et alio loco dicitur: Vae tibi ciui
tas cuius rex iuuenis e. et cuius principes
mane comedent; multi enim amane usq.
ad solis occubitum ebriati et gulae uolup
tatib, seruiunt. nec intellegant cur nati
sunt. sed esu et udine beluina detenti.
luxuriae tantum tota die epulisq. in
seruiunt. Clamat iohel p phetam. his q
ebriati deseruiunt dicens. Exp gisci
mini ebrii et flete. et ululate omis qui
bibitis uinum in dulcedine. Quo testimo
nio nam. tantum flete omis qui bibitis